UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Victore ep[iscop]o. Cap[itulum]. lxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

tore henrico.ij.petiſſent ſibi pontificē dari: cū nullū teutonicoꝝ: vt ad hoc reciperet: poſſent inducere epm̄ tulleñ. brunonē noīe virum ſimplicem ad hoc inclinarūt. Qui ad vrbē veniēs: ⁊ ex hoc conſcientiā habēs oīno reſignauit. Et denuo ab oībus electus q̄uis ſatis renitens tandē multa populi inſtantia acceptauit et vocatꝰ eſt leo ipſius noīs decimꝰ. Hic ſanctiſſime vite vir extitit: ⁊ paupcribꝰ largas elemoſynas prebens cunctis munificꝰ admodū fuit. ¶ Hic etiā ex deuotione beati marci euāgeliſte corpꝰ eius venetias veniēs viſitauit anno dñi. M.l. ¶ Hic primꝰ inter romanos pontifices ad ſuggeſtionem quorūdam ſamnitū cōtra romanos qui apuliam ⁊ terras eccleſie inuaſerant arma cepit: ⁊ cum allamanis quos ſibi imperator dederat hoſtibꝰ occurrit. Quod q̄uis ſancto zelo fecerit eidē: tamen male ſucceſſit: eo ꝙ multos de ſuis in bello perdidit: ⁊ ſine effectu ad vrbē rediit. Quod ideo ipi contingit: qꝛ id nō eius erat officij: neqꝫ hoc illi permiſſuꝫ fuerat a dño qui ad pacem venerat ſuoſqꝫ magis vt ab alijs paterenꝉ ꝙ vt alios pſequerenꝉ premonuerat. ¶ Sanctus ꝟo pontifex graui langore detentus die tertio ante eius obitū ad ſe oēs epos ⁊ clericos cōuocauit: eoſqꝫ in ſancte fidei religione cōmonuit ⁊ qualiter die tertia migraturus erat prout per viſionem a dño habuerat eiſdeꝫ prenunciauit. Altero ꝟo die in lecto decūbens ad eccleſiā apoſtolorum principis ſe deportari iuſſit: vbi ⁊ ſepulchrū ſuū marmoreū deferri voluit. Et de lectulo ſurgens duobus epis eū ſuſtentantibus ipſemet ad ſepulchrū acceſſit illudqꝫ bñdixit et ad lectulū rediit. Tota quoqꝫ ipa die ⁊ nocte populū congregatū ſalutiferis ſermonibus admouere non ceſſauit. Die ꝟo tertia de mane cōuocatis epiſcopis ⁊ clero: miſſam ſibi celebrari fecit. Dei de communionem ſacram ſuſcepit. Et erectus in lectulo ſuo proſpiciens ad crucē diutius pro ſe ⁊ omni xp̄iano populo oratione fudit: moxqꝫ ſupinus rediēs quaſi ſuaſi ſomno ſoporatꝰ feliciter ſpm̄ emiſit. Tunc omnes campane per vrbem per ſeipas ſonare ceperunt. Eadē hora albertus ⁊.v.alij de tuderto in ipa ciuitate viderunt ſtratā palijs innumeris ornatā ⁊ coruſcantē lampadibus: per quā leo papa ducebatur ad celū. Et inuenerūt eum eadem hora e corpore migrauiſſe. Et concurrente omni populo ipſo die ſepulture ſue: deus per eū multa miracula oſtendit. Nā demoniacus quidā qui.ix. annis obſeſſus fuerat liberatus eſt. Alius q̄ erat cecus ⁊ mutus ac ſurdus videndi ⁊ audiēdi ac loquēdi facultatē accepit: mlti quoqꝫ alij a diuerſis īfirmitatibꝰ curati ſunt. Sepultuſqꝫ eſt in eccleſia beati petri manifeſtis miraculis clarens. Quieuit autē in dño.xiiij.kalen.maij.anno dñi.M.liiij.

¶ De ſancto Timone diacono ⁊ martyre. Cap.lxvi.

TImon diaconus et martyr de.vij p̄mꝰ ab apl'is electus eſt: vt habeꝉ Act.vi. Qui primus apud beroā doctor reſedit. Ac dei de verbū dñi diſſeminās venit corinthū. Ibiqꝫ a iudeis ⁊ grecis: vt tradiꝉ flāmis iniectus: ſed nihil leſus eſt. Dehinc cruci affixus martyriuꝫ ſuum impleuit.xiiij.kalendas maij. Hec Hieronymus in martylogio.

¶ De ſctō Timone epō ⁊ martyre. Cap.lxvij.

TImon eps ⁊ martyr apud arabiā paſſus eſt: q̄ eſt diaconatus ordine ad pontificatū vrbis veſegorine: q̄ ciuitas eſt arabie electus eſt. Qui pro cōfeſſione nominis dñi flammis combuſtus martyrio extitit coronatus; et in ipſa ciuitate reconditus.

¶ De ſanctis Sulpitio ⁊ Seruiliano martyribus. Cap.lxviij.

SUlpitius et ſeruilianus rome paſſi ſunt. Qui predicatione ⁊ miraculis flauie domitille ad fidē xp̄i cōuerſi ſunt: que etiā ſponſas eoꝝ theodorā ⁊ euphroſynā ad agnitionē xp̄iane veritatis ⁊ pſeuerantiā virginitatis cōuerterat. Hi ambo ſub pſecutione traiani imparatoris p̄fecto vrbis aniano detenti: cum ſacrificare nollēt capite plexi ſunt. Sepulti a xp̄ianis in predio eoꝝ via latina ſecūdo miliario ab vrbe.xij.kalen.maij.

¶ De ſancto Marcellino epō ⁊ confeſſore. Cap.lxix.

MArcellinus primꝰ epus ebreduneñ. ciuitatꝫ fuit: q̄ diuino iuſſu cū ſocijs ſuis donino ⁊ vincentio ex aphrica veniēs maximā prōalpiū maritimarū verbis et ſignis admirādis: q̄bꝰ vſqꝫ hodie refulgēt: ad fidē xp̄i ꝯuertit. Hic iter cetera ꝟtutū eiꝰ p̄conia a deo obtinuit: vt baptiſteriū qđ ipe ī eadē ciuitate ꝯdiderat: ſingl'is āīs in ſabbato ſctō aqs diuinitꝰ ⁊ ſubito repleaꝉ: ⁊ p ſeptē dies paſche aq̄ exuberāte plenū pmaneat: qđ vſqꝫ in diē hodiernū ibidē apparet. In eadēqꝫ ciuitate quieuit in pace: vbi ⁊ ſepultꝰ eſt.xij.kalen.maij. Socij ꝟo eiꝰ cōfeſſores xp̄i in dño dormierūt apud dunenſium vrbem cōditi. hec ado.

¶ De ſancto Victore epō. Cap.lxx.

VIctor carthaginēſium epiſcopus floruit tpe anaſtaſij imparatoris: qui preclarus ꝟturibꝰ et doctrina. Aduerſum arrianos cōpoſuit librum vnū. De penitentia librū vnū: in q̄ o

viuendi regulam penitentibus iuxta ſcripturarum auctoritatē inſtituit. Ad baſiliū quendam ſuper mortem conſolatorium librū vnū ſpe reſurrectionis perfectum ⁊ inſtructione munitū Homelias etiam: que a fratribus ſalutis propꝛie ſolicitis in libꝛis digeſte ſeruantur: qui et xij. kalen. maij carnis debitum ſoluit.

¶ De ſancto Symeone archiepiſcopo et ſocijs martyribus. Cap. lxxi.

Symeon archiepūs ſeleucie ⁊ cteſiphontis regaliū vꝛbiuz cum ſocijs ſuis apud perſidē martyꝛiū paſſus eſt ſub rege ſapoꝛe tpe cōſtantini: vt dicit̃ in hiſtoꝛia tripartita: quo tēpoꝛe armeni ⁊ indi pꝛimo ad xp̄m cōuerſi ſunt. Hic tanq̄ regni pꝛoditoꝛ compꝛehēſus ferroq̃ vinctus in perſidam ductus eſt. De quo crimine purgatus: ſed de xp̄ianitate ſuſpectus cū de dn̄o ieſu xp̄o libera voce ⁊ conſtātiſſime teſtaret̃ ⁊ nollet adoꝛare deū ſolē carcerali ergaſtulo cū alijs centū: ⁊ quibus alij epi alij preſbyteri alij diuerſoꝝ oꝛdinū clerici erant dieb⁹ pluribus macerat̃. Ubi a quodam vſtazadis ſenioꝛe eunucho regis nutritore olim amico ſuo viſitatur: quem ſymeon deſpexit: nec videre voluit: eo ꝙ olim chꝛiſtianus fuiſſet: metuq̃ moꝛtis ſolē adoꝛaſſet. Unde ille confuſus reſipuit: ⁊ ad regem accedens ſe chꝛiſtianū publice pꝛofitens decollatur. Die xᵒ ſequenti que erat paraſceue: ſymeon eductus de carcere: cum nollet regi conſentire: cū omnibus ſuis iuſſus eſt pariter capite cedi. Inter quos martyꝛes erant abdecalias et ananias epiſcopi ſenes glorioſi: cum quibus paſſus eſt ⁊ puſitius artifex regis eo ꝙ vnum de ſenioꝛibus expauentē gladiū cōfoꝛtaſſet. Cui pfoꝛata ceruice lingua eius inde extracta eſt. Et cum eiſdē etiā paſſa eſt quedā filia pꝛefati puſitij ſacra virgo: qui paſſi ſunt vndecimo kalen. maij. Hec in tripartita.

¶ De ſanctis Oꝛatoꝛe preſbytero ⁊ ſocijs martyꝛibus. Cap. lxxij

ORatoꝛ preſbyter: foꝛtunat⁹: felix: ⁊ filinus atq̃ vitalis martyꝛes apud alexandriā paſſi ſunt. Qui multo tēpoꝛe onerofis vinculis afflicti et duriſſima inedia macerati in carcere q̄euerūt. xi. kalen. maij. vt dicit ado.

¶ De ſancto Sothero papa ⁊ martyꝛe. Cap. lxxiij.

SOther papa et martyꝛ natione campanus ex patre cōcoꝛdio de ciuitate fundana anicero pape in pōtificatu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit annos nouē: menſes: iij. dies. xxi. Hic conſtituit: vt nulla monacha pallas ſacratas tangeret: nec incēſum in eccleſia poneret: et vt velū poꝛtaret. Cōſtituit etiā vt legitima nō habeat̃ vxoꝛ: niſi p ſacerdotē fuerit bn̄dicta ⁊ a parentib⁹ ſolēniter tradita: ⁊ a paranymphis cuſtodita: cauēs multis pꝛiculis q̄ circa mr̄imonia cōtingere ſolēt. Hui⁹ tēpoꝛib⁹ cataphꝛyge heretici ſunt exoꝛti a phꝛygia pꝛouīcia vnde habuerunt oꝛiginē denoīati: qui ſpm̄ſanctū nec apl̄is nec alijs datū aſſerūt niſi ipſis. Quoꝝ auctoꝛes fuerūt mōtanus preſbyter: pꝛiſca ⁊ maximilla: hic fecit oꝛdinationes tres p mēſem decēbꝛiū: pſbyteros octo: diacones nouē: epiſcopos p diuerſa loca numero vndecim. Qui ſub ſeuero pꝛincipe martyꝛio coꝛonat⁹ eſt. Sepultuſq̃ eſt in cimiterio caliſti via apia. x. kalen. maij. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xxij.

¶ De ſctō Caio papa ⁊ martyꝛe. Cap. lxxiiij.

CAius papa ⁊ martyꝛ natione dalmatin⁹ de genere diocletiani imperatoꝛis frater gabini pſbyteri: de quo ſupꝛa actū eſt xi. kalē. martij ex patre gallo eutychiano pape in epiſcopatu romano ſucceſſit. Seditq̃ annos vndecim: mēſes quattuoꝛ: dies nouem. Hic conſtituit vt omnes ad oꝛdines in eccleſia ſic aſcēderēt: vt ſi quis dignus fuiſſet: pꝛīmo oſtiarius: lectoꝛ: exoꝛciſta: acolit⁹: deinde ſubdiaconus: ⁊ diacon⁹: ac pſbyter. Deinde xᵒ epūs oꝛdinaret̃. Hic cōſtituit paganos ⁊ hereticos vel iudeos nō poſſe xp̄ianos accuſare: aut vocem eis infamationis inferre. Item ſtatuit vt nemo epm̄ aut clericos apud iudices ſeculares accuſare pꝛeſumeret. Hic etiā rome regiones diuiſit diaconib⁹: vt geſta martyꝛū pꝛoquirerēt et conſcriberent: ac etiā alia negocia eccleſiaſtica ptractarent. Hicq̃ fecit oꝛdinationes q̄ttuoꝛ p mēſez decēbꝛiū: pſbyteros. xxv. diacones. viij. epiſcopos p diuerſa loca numero quinq̃. Qui fugiens perſecutionē diocletiani in cryptis habitando martyꝛio coꝛonat̃. Et ſepult⁹ eſt in cimiterio caliſti via apia. x. kalen. maij. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xi. Hic contra hereticos epiſtolam edidit de verbi dei incarnatione fidem catholicam continentem.

¶ De ſancto Caio pꝛeſbytero et confeſſoꝛe. Cap. lxxv.

CAius pſbyter ⁊ confeſſoꝛ rome claruit ſub tpe zepherini pape. Qui ſapiētia pꝛeditus aduerſus pꝛoculū mōtani ſectatoꝛem inſignē habuit diſputationē quā in vnuz redegit volumē. In qua inter cetera ſcribit epiſtolam pauli que inſcribit̃ ad hebꝛeos eiuſdem non fuiſſe: quam etiā apud romanos quaſi pꝛo ſua non haberi vſq̃ ad ſua tempoꝛa beatus ſcribit hieronymus: qui eundem caium inter illuſtres ſuo libꝛo commemoꝛat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN